



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXXIX. Securitas de homicidio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

gnatione faciamus reuocare potestatem vel dominationem. Vnde censisti te nobis annis singulis , ad festiuitatem sancti illius , in lumnaribus ipsius sancti, vel pro mercedis tuæ augmento , argentum solidos tantos. Et si de ipso censo negligens apparueris, fidem exinde facias, & ipsas res perdere non debeas. Quam epistolam manu propria subterfirmauiimus.

XXXIX. SECVRITAS DE
homicidio.

F Ratri illi , Ego enim ille. Dum & omnibus habetur percognitum, qualiter tu ante hos dies instigate aduersario germanum meum vel quolibet parentem interfecisti. Vnde & postea ex hoc comprobatus apparuisti , & ante me apud illum iudicem, exinde in rationes fuisse, & pro integra compositione pro

iam dicto parente meo , pro ipsa
morte, sicut mihi bene complacuit,
argentum solidos tantos dedisti:
Ideo hanc epistolam securitatis tibi
ex hoc emittendam decreui , vt ne-
que à me, neque ab heredibus meis,
neque à qualibet opposita vel emis-
sa persona , nullam calumniam ne-
que repetitionem de iam dicto ho-
micio habere non pertimescas,
neque tu , neque ullus de parte tua
qui tecum commorantur, sed duci
atque securi in omnibus, exinde va-
leatis residere. Si quis vero, si fuerit
aut ego ipse, aut ullus de heredibus
meis, seu quælibet persona, quæ cō-
tra hāc securitatem venire, aut age-
re vel refragare tentauerit , & à
me vel ab heredibus meis defensa-
tum non fuerit, sociante fisco qui li-
tem intulerit sol. tantos componat,
& sua repetitio nullum obtineat ef-
fectum, sed sit inter nos vel ab here-

dibus nostris ex hac re omniq; tempore calcanda causatio; Et hæc securitas meis , vel bonorum hominum manibus roborata,cum stipulatione inserta , diuturno tempore maneat inconuulsa.

XL. *IUDICIVM IVXTA
quod causa continet.*

VEniens ille, die illo , mense illo, dies tantos, in loco nuncupante illo, ante venerabilem virum illum , suosque auditores , vel reliquos viros, qui ibidem aderant , vel subterfirmauerunt, ibique interpellabat aliquem hominem nomine illum, dum diceret eo quod hereditatem suam in loco nuncupante illo, quæ ei erat debita, post se retineret , vel ei malo ordine contradiceret iniustè. Interrogatus ille ante ipsos viros , taliter dedit in responsis, quod ipsam hereditatem , quā ipse